

In Epiphania dñi

estis factus creatura. vos qui estis solus immortalis et impassibilis estis factus passibilis et immortalis. **O** dñe tanta gratia est ista. et silentes osculabant pedes eius. **De**inde adorantes matrem dicebant. **O** camera paradisi templum dei sacrarium spiritus sancti. **O** benedicta vos portastis nobis salutem. **D**icit euangelista. **Q**uapertis thesauris suis obtulerunt ei munera. **A**urum thus et mirram. **A**urum tanquam regi magno. **T**hus tanquam deo. **E**t mirram amarum tanquam passuro. **E**t fuit completa prophetia **D**avid de ista die dñi. **R**eges tharsis et insule munera offerent. reges arabum et saba dona dño deo adducunt et adorabunt eum omnes gentes omnes reges seruient ei. ps. lxxj. **N**ota seruiet ei. scilicet propter lucrum bonum et remunerationem quam dat suis seruitoribus. **S**ecus qui seruit mundo qui suis seruitoribus dat mortem. et animam diabolo qui dat penam eternam. **S**ed christus suis seruitoribus dat gratiam in hoc mundo et gloriam in alio. **I**deo sibi est seruiendum. ideo christus. **D**ñm deum tuum adorabis et illi soli seruiet. **M**atth. iij. **De**inde sancti reges fecerunt orationem deo ut ostenderet eis si redirent ad herodem. **S**ed dicit euangelista quod responso accepto in somnis. scilicet ab angelo ne redirent ad herodem per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. **C**ontemplate hic modicum quem venit **I**oseph et vidit tantum aurum thus et mirram quomodo gaudebat. **S**ed ex alia parte tristabat. quia non fuit dignus infesse tanto festo. dicit **B**ernardus. quod totum aurum dedit amore dei. **M**oraliter nos exemplo regum debemus offerre aurum bone reformationis. et talis poterit dicere cum **D**avid. dilexi mandata tua super aurum et topasion. qui est lapis preciosus. propterea ad omnia mandata tua dirigebar omnem viam iniquam odio habui. ps. cxvij. secundo thus deuote orationis dico. **D**iriga ad te dñe oratio mea sicut incensum. ps. xliij. tertio debemus offerre mirram penalis afflictionis. **E**t dicere poterit talis. viuificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima. tu autem eruisti animam meam ut non pereat. **E**sa. xxxvij.

Sermo secundus de eodem.

Ubi est qui natus

Ubi est qui natus est rex iudeorum. **M**atth. ij. **T**ota materia huius sermonis erit moralis tam de virtutibus moralibus quam theologicalibus. **S**ed primo salutem virginem maria. **U**bi est qui natus est. **H**oc proprium verbum fuit questio interrogatiua trium regum orientis qui cum magna diligentia perquirebant christum dei. ubi est qui natus est. de isto intellectu penam non curo. **S**ed tropologice siue moraliter declarando thema. **D**ico quod hoc nomen iudeorum idem est quod glorificatorum in gloria. **C**um ergo queritur ubi est qui natus est rex iudeorum. scilicet glorificatorum. **D**e hoc rege **D**avid fecit questionem in spiritu prophetie dicendo. **Q**uis est iste rex glo-

rie. **C**ui respondet spiritus sanctus. dñs virtutum ipse est rex glorie. **S**icut rex est dñs ciuitatum sui regni. **I**ta christus est dñs omnium virtutum que dicuntur ciuitates sue. **S**i ergo volumus ipsum perquire cum sanctis regibus orientis queramus eum in suo dño. **Q**uia rex communiter moratur in suo regno. **S**ic christus rex glorie moratur in suis ciuitatibus virtutum. **C**um ergo dicitur thema. ubi est qui natus est rex iudeorum. id est glorificatorum. **R**espondet in ciuitatibus suis. scilicet virtutibus seu virtutum. patet thema. **U**bi autem sit a nobis querendus ostendit propheta dicens. **D**isce ubi sit prudentia. ubi sit virtus. ubi sit intellectus. ut scias simul ubi sit longiturnitas vite et victus ubi sit lumen oculorum et pax. **B**aruch. iij. **H**ic ponit septem virtutes tanquam septem ciuitates siue villas dñi regis christi in quibus ipse moratur. **Q**uarum quattuor sunt morales et tres theologicales. **M**orales sunt site in plano. theologicales vero in montibus altissimis.

Prima est prudentia rationalis.

Secunda fortitudo spiritualis

Tertia iusticia intellectualis

Quarta temperantia corporalis

Quinta et prima theologicalis est spes

Sexta est fides

Septima est charitas

In his septem includuntur omnes virtutes. **C**um ergo queritur thema. ubi est qui. **R**espondetur quod in his septem virtutibus. **D**ico primo quod querendus est christus in sua ciuitate plana que dicitur prudentia rationalis cum dicitur. **D**isce ubi est prudentia. **P**rudencia autem auisat hominem ut iter tot pericula huius mundi tam anime quam corporis fame et bonorum sciat regere et gubernare vitam suam cauendo a periculis maxime a periculis anime. **D**e hac virtute auisauit christus apostolos et per ipsos nos quem misit eos ad predicandum dei. **E**cce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. **E**sto ergo prudens. **M**atth. x. **N**ota quod lupos vocat demones et malas personas et lupinas a quibus prudenter debet se homo custodire. **N**ota sicut serpentes dicunt philosophi qui tractant de proprietatibus rerum quod est quedam natura serpentis que dicitur aspis multum bona et necessaria per tyriaca et est talis conditionis quod non potest capi nisi incantem propter hoc si incantatores possunt proferre certa verba ipso audiente capiunt eum. aliter non. **I**deo quid facit ipsa instinctu naturali quando audit vocem incantatoris ponit unam aurem super lapidem et cum cauda claudit aliam ne audiat verba incantatoris. et sic non incantatur ne capiatur. **D**icit christus quod ita faciamus nos quod habeamus prudentiam serpentis. quando demones vel alie male persone volunt nos incantare vel capere et impedire ne vadamus ad paradysum temptantes nos dicendo aliqua verba ad aures corporis vel cordis. sicut serpentes facere debemus et ponere aurem dextram super illum lapi-

dem. de quo dicit Paulus. s. ad Corinthos. x. De /
tra autem erat Christus. et claudere aurem sinistram
cum cauda. s. mortis. Quia sicut cauda est vltima
pars serpentis. sic mors est vltima pars hominis. Vbi
gratia. Si diabolus vel aliqua mala persona vult
te incantare de supbia dicendo. quare tu non in-
cedis ornatus sicut talis vel associatus. cum sis de
meliori genere magis diues etc. statim ponas au-
rem in lapide cogitando quomodo Christus iuit indu-
tus. quia. xxxij. annis portauit eandem tunicam
et cauda mortis claudere aliam aurem sinistram. sed
cogitando quid portabis tecum. et quid dices deo
de vanitate vestri etc. Ecce quare dicit. Estote
ergo etc. Idem si vult te incantare de auaricia. luxu-
ria. gula. vindicta etc. cogita de Christo et in mor-
te quid eris et qualis sententia dabitur auaris. luxu-
riosis etc. ergo discite vbi sit sapientia. **S**ecundo
discite quid sit virtus. hic ostendit fortitudo spiri-
tualis que notanter dicitur virtus et non fortitudo.
Quia fortitudo est duplex. s. corporalis et spiri-
tualis. Fortitudo corporalis non est virtus in qua
deus sit querendus. quia animalia bruta sunt for-
tiora hominibus. verbi gratia. Fortitudo est lu-
ctare. sed versus vincet vos. Idem de cursu sicut
equus superabit vos. idem de saltu vnus ceruus
saltabit plus. Idem fortitudo est portare onus.
sed plus portat mulus. Licet ergo fortitudo cor-
poralis sit bona et seruiat quibus. non tamen est virtus.
Sed fortitudo spiritualis sicut est resistere et contra-
dicere peccatis. ista est virtus non dimittere bonam
et sanctam vitam inceptam nec penitentiam. ista est vir-
tus. Item tenere et seruare firmiter bonas ordi-
nationes pro vtilitate communitatis. hec est virtus
spiritualis. de qua debet homo gloriari et se ap-
preciari et non de fortitudine corporali que est com-
munis hominibus et iumentis. De ista fortitudine
corporali non se appreciabat David. licet esset for-
tissimus. quia adhuc puer. xvj. annorum quando
custodiebat oves patris sui et ad eos veniebat leo
et versus David aufererat ab eis predam et occi-
debat eos. vt patet. s. Regum. xvij. Nam leonem et
versum interfeci ego seruus tuus. Sed gloriabat
de fortitudine spirituali de qua dicebat deo. For-
titudinem meam ad te custodiam. s. resistendo et con-
tradicens peccatis. Quia deus susceptor meus
es. psalmus. lviij. Ideo sanctus Paulus pro nobis ora-
do dicebat. Det vobis deus secundum diuitias glorie
sue virtutem. s. fortitudinis spiritualis corrobora-
ri pro spiritu sancto eius in interiori homine.
ad Ephesios. iij. Discite vbi sit intellectus. Ecce iusti-
cia iudicialis siue intellectualis que pertinet ad iu-
dices. Diceret aliquis. improprie loquitur. quod vir-
tus iusticie dicatur intellectus. Responsio quod
notanter dicit ad ostendendum iudicibus quod iu-
sticia non est fienda secundum sensualitatem. sed rati-
onabiliter per intellectum. verbi gratia. Si litigant co-
ram iudice diues et pauper. diues promittit iudi-

ci pecunias etc. pauper vero plorat. Si iudex vult
iudicare secundum sensum visus. quia videt diuitem pro-
mittentem sibi etc. pauperem flentem non bene iu-
dicabit. Sed per intellectum examinata prior cau-
sa debet dare iusticiam pro illo qui habet bonum
sive siue sit diues siue pauper. Item non debet sen-
su auditus iudicare. verbi gratia. Si nobilis ba-
ro miles et rusticus litigant coram iudice et nobi-
lis loquitur administrando etc. Iudex non debet iu-
dicare secundum aures. sed per intellectum dando iusti-
ciam rectam et sententiam pro illo qui habet ius
rectum. et nihil debet timere. Item nec sensu ta-
ctus. verbi gratia. si consanguineus iudicis liti-
gat coram eo cum extraneo vel iudeo. pater vel
frater vel consanguineus tangit iudicem in car-
ne vel sanguine non debet iudicare secundum tactum. sed
per intellectum et rationem. Quonia iudex in iu-
dicio non debet cognoscere nec patrem nec ma-
trem nec fratrem nec amicum. sed extra iudicium
faciat eis bonum festum. Item nec sensu olfactus.

Nota quod legitur in thalmuth de illo falsomel-
sia bartolinam incantatore qui dicebat se pro odora-
tum iudicare quis esset bonus vel malus. quem
iudei voluerunt probare et clausis sibi oculis sta-
tuerunt coram eo duos homines. et vnus erat bo-
nus et alius prauus et malus. Qui male senten-
tiauit ideo fuit male sententiatus. Item nec sen-
su gustus. s. propter conuiuia vel dona. seu ence-
nia. Sic de illo rege cui fuit presentata pulchra
anguilla. et quia sapuit sibi dedit sententiam pro
illo qui presentauerat sibi anguillam. Cum autem
cancellarius contradiceret. quia contra iusticiam.
Respondit rex. Vere anguilla sapuit nobis. **I**tem
de iudice dicit scriptura sancta. Non secundum visio-
nem oculorum iudicabit. neque secundum auditum auri-
um arguet. sed iudicabit in iusticia pauperes et
arguet in equitate pro mansuetis terre. Esa. xj.

Quarto discite vbi sit longiturnitas vite. Ecce
hic temperantia corporalis. Sed quare vocat eam
sic et non proprio suo nomine. quia sicut iusticia
ex sua causa dicitur intellectus. Ita temperan-
tia ex suo effectu. quia dat longam vitam. Ideo
vocatur longiturnitas vite. verbi gratia. Ven-
tur duo homines quorum vnus sit abstinentes et
alter gulosus. naturaliter multo amplius viuet
abstinentes. Dicunt medici quod plures interficit ci-
bus quam gladius. Cum tamen moriantur tot in sa-
lis et in guerris. Ideo temperate comedere et bibe-
re debemus. **N**ota quod legitur de magno Ale-
xandro qui cum fuisset monarcha et fuisset in ori-
ente ad bragmannos admirans de eorum anti-
quitate cogitauit quod aliquam medicinam debe-
bant habere ex qua eorum vita conseruabatur.
et querens vt eam sibi ostenderent vt ipsa vite-
retur. Qui dixerunt quod non placeret sibi. Re-
spondit quod immo. Tunc dixerunt sibi quod eorum me-
dicina erat temperantia. quia semel in die comedebant

In Epiphania domini

de vno solo cibo et non placuit ei. De hac dicit scriptura. Noli auarus esse in omni epulatione et non effundas te super omnes escam. In multis enim escis erit infirmitas et auaritas appropinquabit usque ad coleram. propter crapulam multi perierunt. qui autem abstinens est adiciet vitam. **Eccli. xxxvii.** Nota sicut dicunt medici quod prima digestio debet fieri in olla. secunda in ore. tertia in stomacho. Item non te effundas super omnem escam. Nota contra diuites tam laycos quam ecclesiasticos qui vtunt multis escis et de qualibet volunt comedere et pfundunt sibi stomachum. quia quilibet cibus habet suam digestionem. Ideo dicit. in multis escis erit infirmitas. Quia sicut in olla in qua decoquitur de boue et de porco et de pullo etc. quando vnus cibus est coctus alius est consumptus. propter hoc magni domini et plati viuunt parum. Ideo dicit. propter crapulam. id est. crudam epulam secundum ethymologiam multi obierunt. Qui autem abstinens est adiciet vitam. Quinta ciuitas in alto monte sita est quanta virtus que est prima theologialis. scilicet spes que ostendit cum dicit. Disce vbi sit victus. sed que spes dicit victus. quia tota spes christiana consistit in victu. quia victus sacre eucaristie est radix spei nostre. Ratio. quia sicut totum malum destructionis nostre humane nature venit ex cibo. scilicet. vitio Sic vult deus quod totum bonum nostre saluationis veniat ex cibo eucaristie. Querit sanctus Thomas in quarto vtrum sacramentum eucaristie sit ita necessarium quod sine illo non possumus saluari. Et arguit quod non est ita necessarium. quia pueri absque communiione saluantur. Sed finaliter respondet determinando quod nullus potest saluari nisi virtute huius sacri. Quid ergo de pueris etc. Respondet per talem similitudinem. quia quando homo comedit in pradio vel cena. solum vnum membrum corporis. scilicet. os comedit et recipit cibum et omnia alia membra reficiunt. Ita de sacramento altaris tota christianitas est vnum corpus fide et charitate coniunctum habens multa membra Sacerdos est os huius corporis. Cum ergo sacerdos comunicat. omnia membra reficiunt. Ideo etiam pueri qui sunt membra huius corporis. Ideo dicit ecclesia in collecta. Refecti cibo potuque celesti deus noster. Non dicit refectus de cibo sacerdotis. Si dicatur ex quo iam comunicamus ore sacerdotum audiendo missam. quid ergo oportet nos communicare in pascha. Respondeo quod duplex est comunicatio. scilicet. spiritualis et sacramentalis. Comunicatio spiritualis fit quotienscumque homo audit missam in charitate. tunc homo comunicat spiritualiter tanquam membrum ecclesie. Alia est comunicatio sacramentalis que precipue fieri semel in anno. scilicet. in pascha ad quam tenent omnes vtriusque sexus cum ad annos discretionis puenerint. De ista virtute spei dicit David. Oculi hominum in te sperant domine et tu das escam illorum in tempe opportuno. scilicet. in missa. quia illud tempus est ordinatum. Apis tu manum tuam et imple om-

ne aial benedictione. ps. cxliij. **Sexta est fides.** Ibi disce vbi sit lumen oculoꝝ. **Sz quenoiaf sic** Respondeo quod sicut corpus habet duos oculos quibus videt. ita anima habet duos respectus tanquam oculos. scilicet. respectum diuinitatis christi quasi oculum dextrum et respectum humanitatis eius. quasi oculum sinistrum. In his duobus consistit tota fides catholica. que habet. xiiij. articulos. scilicet. septem diuinitatis. et septem humanitatis. et omnes simul continentur in Credo in deum. benedictus est iste qui habet istos duos oculos claros et bonos. de quibus dicit christus. Non turbet cor vestrum neque formidet. creditis in deum et in me credite. **Joh. xiiij.** Creditis in deum. Ecce oculus dexter. et in me credite. id est. in mea humanitatem. **Ecce hic oculus sinister.** Ideo **Bauid** oratio dicebat. **Illumina** oculos meos ne vnquam obdormiam in morte nequid dicat inimicus meus pualui aduersus eum. ps. xij. **Non loquitur** de oculis corporis. quia non legitur fuisse cecus sed de oculis anime. vt illuminarent sibi ne peccaret contra fidem. quia si fundamentum cadit totum edificium corruet. **De hoc sanctus Thomas. ij. q. iij. ar. vij.** vbi querit. vtrum fides sit prima virtutum et ostendit precipue in solutione ad quartum quomodo ipsa sit fundamentum. **Pecus** de alijs virtutibus. **Sz quidam** sunt ceci oculo dextro vt agareni qui non habent fidem diuinitatis christi. **Quidam** oculo sinistro vt manichei qui negant humanitatem christi. **Sed** vtroque sunt ceci iudei miseri. **Septima est charitas** generalis que consistit in amore dei et proximi que ostendit ibi. disce vbi sit pax que sic vocatur ab effectu. quia pacificat creaturam cum creatore quando ipsum diligit super omnia. **Et ista pax** conseruat quod diu creatura seruat tria prima precepta. scilicet. non habebis deos alienos. secundum. non assumes nomen domini dei inuanius. tertium. memento vt diem sabbati sanctifices. **Jo xps Mat. xxij.** Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua et ex tota mente tua. **Secundo** charitas facit pacem cum proximo que suam seruando alia septem. vt si vis honorari a filiis tuis honora patres tuos. **Secundo** si non vis occidi non occidas. **Tertio** si non vis vxorem tuam tangi ab alio. non tangas vxorem alterius. **Quarto** si non vis deperdari non furtum facias. **Quinto** si non vis diffamari non falsum testimonium dicas. **Sexto** si non vis in aliquo damnificari nullum damnum inferas. **Septimo** si non vis vt vxorem tuam aliquis concupiscat non concupiscas vxorem proximi tui. **Hec est charitas generalis dei et proximi.** Ideo dicit christus de pace dei et proximi. **Pa / cem** relinquo vobis pacem meam do vobis etc. **Joh. xiiij.** **Bauid.** Pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum. ps. cxvij. Quia in dilectione dei et proximi vniuersa lex pendet et pphete. Deo gratias.

Sermo tertius